

Vecchi, Orazio (Tiberio). Missarum senis et octonis vocibus liber primus. . . Venezia, Angelo Gardano & fratelli. 1607. RISM V1008, VV1008, SD 1607<sup>1</sup>. Later Antwerp edition of 1612 (RISM SD 1612<sup>1</sup>).

**Title:**

HORATII VECCHII  
MVTINENSIS  
MVSICÆ PROFESSORIS  
CELEBERRIMI.  
Miffarum Senis & Oôtonis vocibus.  
LIBER PRIMVS.  
PER PAVLVM BRAVVSIVM MVTINENSEM  
Eius Discipulum Amantissimum.  
*NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.*  
[Printer's mark]  
VENETIIS,

---

Apud Angelum Gardanum & Fratres.  
M D C V I I.

**Li Bassi Title:**

LI BASSI  
DELLE MESSE  
ET MOTTETTI,  
A SEI ET OTTO VOCI.  
DI ORATIO VECCHII  
DA MODONNA  
Nouamente Stampati.  
[Printer's mark]  
IN VENETIA.  
APPRESSO ANGELO GARDANO ET FRATELLI,  
M D C VIII.

**Dedication:**

ILLVSTRISSIMIS | ET SAPIENTISSIMIS VIRIS | AMPLISSIMISQVE PATRIBVS |  
DD. Conseruatoribus Reipub. Mutinensis. | PAVLVS BRAVVSIVS FELICITATEM. |

CVM has Horatij Vecchij Musici præstantissimi, & præceptoris mei | amantissimi egregias lucubrationes in lucem edere statuisse, in-ter ceteros penè innumerabiles, quibus ob tanti viri memoriam, | quem viuam amabant plurimum, ac obseruabant, mortuumque | admirantur, caras esse futuras non ignorabam, vos Patres Amplissimi, & Prudentissimi in primis succurrifstis, atque in vobis mens | mea penitus conqueuit, quibus iure quodam potiori offerendas | esse duxi, ita enim & viuo fauistis, & vestris eum studijs fouistis, vt |

hoc tantum perfeūtæ, quā cœlo fruitur, felicitati deesse credam, si | videat, quos vobis  
pepererat labores, nunc apertissima vniuerso | Orbi ipsius in vos obseruantiae testimonia  
futuros, vobismetipſis quaſi testamentaria: lege | dicatos fuisse: namque haud me præterit,  
quanta cum laudum celebratione vestra erga ipſum, priusquam ē viuis abiret, mihi  
beneficia referebat, cum me hortaretur, vt vos non Pa-tronos tantūm, sed & Moderatores,  
ac Patres, eligerem, obseruarem, colerem, nunquam | enim mihi de futuros vaticinatus est,  
quòd ego postea exitu non semel expertus sum: quam | obrem ingratissimi hominis nota  
meritò inuri potuistem, ni eius desiderio respondissem, & | aliquam meæ in vos obseruantiae  
haud obscuram significationem dedissem: Siue igitur ope|ris aūtorem Horatium  
respexeritis, qui partæ gloriæ fulgore Vrbem hanc vbique terra-|rum fulgentissimam  
reddidit, ingenijke acumine in iocis cum venustate iucundissimus, in-|serijs cum suauitate  
grauifissimus quemlibet in hac facultate præstantissimum, vel æquauit, | vel vberima  
inuentionum perscrutatione felicissimè audax insigniores (pace omnium di-cam) excelluit,  
posteriorisque omnem ferè audendi spem penitus incidit; siue igitur, inquam, | ipsum  
respexeritis, siue meum offerentis animum qui vobis omnia debeo gratum fore mu-nus  
confido, & quo ad me, licet modò a iena donem, si calcar nunc vestra humanitate ad |  
dideritis, quamvis spondere arroganter mea non velim, excitabitur tamen fortasse ad effe-  
c-tum voluntas. Hilari ergo hæc accipite animo, cùm vestræ constantiæ causæ, vt mortuo  
fa-ueatis, quem viuum carum habuistis, tum, vt si quæ supersint improbae eorum reliquiæ,  
| qui tanquam famelici, rapace: que Lupi insignium virorum nomina dilacerant, & ineptia-  
rum suarum nimium concij per aliorum ruinas decus quærunt, inuidia disruptantur. Vo-  
bis autem Patres amplissimi pro vestra in egregios omnes viros clementia munificentia, &  
liberalitate, det Deus Omnipotens, quòd Sapientissimo illi, cor docile, vt Populum iudic-  
re, & inter bonum, & malum discernere, valeatis, omnibusque temporalibus non modò sed  
| Spiritualibus muneribus vos refertos planè, ac ornatos reddat. Valete. |

Datum Venetijs. Kalendis Iulij. M D C V I I. |

#### **Editor's Note to Readers:**

PAVLVS BRAVVSIVS | AD LECTORES. |

*QVANTVM præporpera Horatij Vecchij mors Musicæ professoribus | iācturę, ac  
detrimenti attulerit, nemo est, quem fugiat, si quos ab eximiam | practicen, &  
profundissimam huiuscē nobilissimæ artis Theoricen acu-tiſsimi ingenij admirabiliores  
partus diutius viuens in maturiori ætate | edidisset, perpendat; quod potissimum ex vno  
præceteris libro, cui titu-lus POETICA MVSICALIS, in quo elaborando sedulus  
inuigilabat, perspici potest, vbi, & hucusque dicta, ac in posterum dicenda, | omnes  
omnium disputationes, omnes difficultates, omnes componendi mo-dos, & nouas ab ipso  
inuentas formas, re-cumque consonantiarum & | dissonantiarum licentiarumq; (quod  
aiunt, ysum, & detestabilem abu-sum, certissima methodo, ac ingenti sapientia affatim  
colligebat, enodabat, | docebat, sed nunc deplorandus, heu, iacet in formis abortus.  
Quod postquam sic illi visum fuit, qui | omnium aūtor est, nobis quoque patienter  
ferendum, & probandum est; reliquum tamen mihi erat, | vt ea typis darem, quæ ipse  
morte preuentus non valuit, & hunc Missarum Librum præmittere decreui, quem multis  
addu-cit rationibus, quas commemorare non est huius loci, per biennium edere distu-li,*

*quemadmodum multa alia, quæ apud me reperiuntur, tum Latino, tum Thusco sermone, Missæ item, | Psalmi, Cantiones Sacræ, atque profanæ, Dialogi, aliaque huiuscmodi, que omnia quoties hæc grata | animaduertam, deinceps exhibunt, quo di fortè politiore eguisse limæ alicui videbuntur, memineritis | proprio carere autore, cui tantum sua nota erant, alios autem manus imponere exhorruisse, verum | ne aliquid admirationis vobis inferat altera iftarum Missarum Oœto modulata vocibus, quæ nedum | titulum, ac introitum, sed & Cantiones Sacras, vel Motecta (vt dicunt) suis locis opportunè aptata | (quod in alijs desideratur) retinet, non ignoretis velim, plurimorum sententiam fuisse prædicta tanquam superuacanea refecanda, eamque ad aliarum formam redigendam, ego tamen Lectors Huma-nissimi illam pro vt ab ipso autore disposita fuerat, cùdendam arbitratus sum; tum, ne prædictis labo-ribus fraudaremini, tum, vt ab ipsa quales, & ceteræ, si vita superfuisse futuræ essent discatis, non | enim casu quodam fortuito huiusmodi ordinem Missa hæc sortita est, agitabat namque in animo acutis-simus ille, & perspicacissimus inuentor omnium Solemnium Festorum contexere perfectum opus. | Missas scilicet, Vesperas, ac Completo-ria, nec non eorum Motecta, ac alia opportunis in locis artificio-si disposita iuxta huius feriem Missæ in quolibet solemnii festo decantanda, ipsique titulum prefigere | SOLEMNITATES TOTIVS ANNI, opus sanè celeberrimum, ac propè diuinum futu-rum, quod palam vobis facere volui, vt aliquis rei præstantia motus, hanc laudem sibi in posterum ar-ripiat, interim Valete Lectores dilectissimi & quicquid est hoc muneris boni, & æqui consulite, meque | amate. |*

### Index:

#### INDEX MISSARVM.

Senis vocibus.

Missa Osculatur me.

Missa Tu es Petrus.

Oœtonis vocibus.

Missa In Resurrectione Domin.

Introitus Et adhuc tecum sum

Kyrie, Christe, & Kyrie

Et in terra pax

Graduale Hæc dies quam fecit Dominus

Patrem omnipotentem

Offertorium Surgite populi

Sanctus, Osanna, Benedic-tus

In Eleuatione O dulcis Iesu

Agnus Dei

Loco Deo gra. Cantemus lætis vultibus

Missa Pro Defunctis

## Contents:

Missa Osculatur me [after Agnus Dei | miserere: Mutatur in Dona nobis]  
 Missa Tu es Petrus  
 Missa In Resurrectione Domin.  
 Introitus Et adhuc tecum sum Introitus in Resurrectione Dom. Secunda pars. Tu  
     cognovisti sessionem meam  
 Kyrie, Christe, & Kyrie  
 Et in terra pax  
 Graduale Hæc dies quam fecit Dominus ad decimam  
 Patrem omnipotentem  
 Offertorium Surgite populi  
 Sanctus, Osanna, Benedictus [before Osanna:] Vox exultationis [between  
     Osanna and Benedictus:] In Ingressu Christi Hierusalem, Pueri Hebreorum præcinebant  
     subsequentem Laudem  
 In Eleuatione O dulcis Iesu  
 Agnus Dei  
 Loco Deo gratias. Cantemus lætis vultibus exultet omnis Spiritus mortis trophæum  
     cernite . . . cantemus nouo iubilo alleluia nunc dicite surrexit Christus tumulo.  
 Missa Pro Defunctis  
     Requiem æternam  
     Kyrie | Christe | Kyrie  
 In medio vmbrae mortis non timebo mala quoniam tu tecum es Domine.  
     Dies iræ [odd-numbered verses + Pie Iesu]  
     Domine Iesu Christe  
     Sanctus  
     Agnus Dei  
     Luceat eis Domine  
     Libera me Domine Pauli Brauusii

## Part-books:

CANTVS PRIMVS	A-E <sup>10</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
TENOR	F-K <sup>10</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
ALTVS PRIMVS	L-P <sup>10</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
BASSVS	Q-V <sup>10</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
QVINTVS	X-Z <sup>4</sup> , Aa-Bb <sup>4</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
SEXTVS	Cc-Gg <sup>4</sup>	40pp.	Dedication.	Editor's Note.	Index.
SEPTIMVS	Hh-Kk <sup>4</sup>	24pp.	Dedication.	Editor's Note.	No index.
OCTAVVS	Ll-Nn <sup>4</sup>	24pp.	Dedication.	Editor's Note.	No index.
LI BASSI	A-C <sup>4</sup> , D <sup>6</sup>	36pp.	No Dedication.	No Editor's Note.	Index.

**Remarks:**

Quarto format. High clefs in *Haec dies*, *Missa Tu es Petrus*, *Missa in Resurrectione*, *Cantemus laetis vultius*. In Cantus Primus, (*Missa In Resurrectione*): Secundus Chorus. Cantus. In Tenor, same mass: Primus Chorus Tenor. In Altus Primus, (*Missa Tu es Petrus*): Cantus Sec. In Quintus, *Et in terra* of 3<sup>rd</sup> mass: Tenor; (*Missa pro Defunctis*): Tenor Secundus; (*Libera me*): Cantus. In Sextus, all pages say Altus except for Requiem: Altus Secund. In Septimus, all pages say Tenor except Sequence of Requiem: Tenor Secundus. In Octavus, all pages say Bassus Secundus, except Requiem: Bassus. Copies consulted: **I-Bc**; **PL-WRu**. RISM V1008, VV1008, SD 1607<sup>1</sup>. Later Antwerp edition of 1612 (RISM SD1612<sup>1</sup>).